VITÆ
GERMANORUM JURECONSULTORUM ET POLITICORUM,

QVI

SUPERIORI SECULO, ET QUOD EXCURRIT, FLO-RUERUNT:

CONCINNATÆ

A

MELCHIORE ADAMO.

Cum indice triplici: perſonarum gemino tertio rerum.

Impenſis heredum

Excudit Johannes Georgius Geyder. *Acad. Typogr.*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

ILLUSTRISSIMIS
&
CELSISSIMIS PRINCIPIBUS AC DOMINIS,

D.

HENRICO WENCESLAO,

ET D.

CAROLO FRIDERICO,

FF. GERMANIS DUCIBUS SILESIÆ, MUNSTERBERGENSIBUS ET OLSNENSIBUS: COMITIBUS GLACENSIBUS: Dominis Sternbergæ & Jaiſchwitzij &c.

Dominis meis Clementiſſimis,

VITAM
&
FELICITATEM.

CUM ideò homines in hunc mundum mittamur, principes illuſtriſsimi, Domini clementiſſimi: ut vitam omnem ad DEI imprimis, à quo ea nobis uſui data, non mancipio eſt, gloriam adſe-

VITAE

GERMANORUM JURECONSULTORUM ET POLITICORUM.

IOANNES SEMECA.

☉ 1267. vel 1269.

GERMANORUM Juriſconſultorum primus occurrit JOANNES SEMECA, alijs *Ioannes* der Deutſche / *Ioannes Teutonicus*: qui barbaro illo, quo vixit, ſeculo, tantum eruditione & pietate valuit: ut *Halberſtatenſis* ad *S Stephanum* eccleſiæ præpoſitus fuerit deſignatus.

Semeca præpoſitus Halberſt.

Hic Herculeâ, ut annales loquuntur, audaciâ primus aggreſſus eſt gloſſare *Decretum*, à *M. Gratiano* *compilatum: quod ante Semecam nemo, & poſt eum excellentius nullus facere potuit.

Decreta gloſſat.

* *A.* 1101. vel 1105.

Idem *Clementi IV.* P. P. tunc per Germaniam & Galliam decimas à Clero, in redemtionem terræ ſanctæ, *exigenti: appellationem oppoſuit. Videbat enim Pontifices eâ pecuniâ abuti: atque eo prætextu, Germaniam exhauriri. Papa igitur *Semecam*, propter temeritatem, uti dicebat, excommunicavit: ac præpoſiturâ privavit. Sed erant etiam tum magni in Germania viri: qui *Semecam* deſerendum non putabant. Verùm quæ impendere videbantur mala: mors diremit: quæ tam Pontificem, quàm *Semecam* brevi ſuſtulit, ſub annum Chriſti *milleſimum, ducenteſimum, ſexageſimum ſeptimum*, vel, ut alii, *nonum*.

Opponit ſe Pontifici.

* *A.* 1265.

A quo excommunicatur.

Moritur uterque.

* *Halberſtadii ubi & ſepultus.*

Moriturus dixiſſe perhibetur: Wir haben in vnſerm leben gehabt / die für vns ſind zu Chor gegangen / die für vns haben den Acker gebawet / die für vns Meſſe geſungen/vnd *horas Canonicas* gebettet: wo wollen wir nu einen nehmen / der für vns in die Helle fahre / vnd wir erlöſet werden?

Voces eius in morbo ſupremo.